Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Vita Jesu Christi - Cod. Offenburg 1

Ludolphus <de Saxonia>
Bartholomaeus <Anglicus>
Iordanus <de Quedlinburgo>
Augustinus <Triumphus>
Robertus <Holcot>

[Schaffhausen u.a.], 1415-1470

[Lib. I]

urn:nbn:de:bsz:31-161089

Visual Library

Cum proprietates rerum sequantur substantias secundum distinctionem et ordinem substantiarum erit ordo et distinctio proprietatum. De quibus adiutorio divino est presens opusculum compilatum utile mihi et forsitan aliis qui naturas rerum et proprietates per sanctorum libros necnon et philosophorum dispersas non cognoverunt ad intelligenda enigmata scripturarum que sub symbolis et figuris proprietatum rerum naturalium et artificialium a spiritu sancto sunt tradite et velate quemadmodum ostendit beatus Dyonisius in angelica ierarchia circa principium dicens non est nobis aliter possibile lucere divinum radium nisi varietate sacrorum velaminum anagogice circumvelatum. Quia neque possibile est nostro animo ad immaterialem celestium ierarchiarum ascendere contemplationem nisi ea que secundum ipsum est materiali manuductione visibiles formas invisibilis pulchritudinis imagines arbitrans quasi dicat non potest animus noster ad invisibilium contemplationem ascendere nisi per visibilium considerationem dirigatur. Invisibilia enim dei per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur ut dicit apostolus. Et ideo theologia pie sacris et poeticis informationibus usa est ut ex rerum visibilium similitudinibus allegorice locutionibus mysticis intellectus transsumptiones formentur et sic carnalibus et visibilibus spiritualia et invisibilia coaptentur. Huius rei gratia presens offero opusculum ad edificationem domus domini qui est deus gloriosus sublimis et benedictus in secula seculorum amen. In quo agitur de quibusdam proprietatibus rerum naturalium quarum alia est incorporea alia corporea. Et primo de proprietatibus substantie incorporee secundum sui differentias quarum alia est corpori unibilis ut anima vel rationalis sensibilis et vegetabilis, alia non unibilis corpori ut angelus. Et angelorum alii sunt boni et alii mali. In bonis non aliter ordo est secundum triplicem multiplicitatem trinitatis. Unde a beato Dyonisio distinguuntur tres ierarchie celestes quarum quelibet trium ordinum continet dispositionem. Quidem utique sunt de quibus in hoc opusculo adiuvante deo per ordinem est agendum et hic tam in communi quam in speciali.

Primo igitur agitur de deo et nominibus divinis que dicuntur de deo vel quo ad essentiam vel personam sive quo ad effectum sive quo ad appropriationem. Secundo de proprietatibus angelorum tam bonorum quam malorum in generali et in speciali. Tertio de proprietatibus anime rationalis quo ad naturam sue simplicitatis et quo ad virtutum suarum diversitatem et de eius unione et operatione in corpore prout ei confert formam et perfectionem. Quarto de proprietatibus substantie corporee scilicet de elementis et elementaribus qualitatibus ex quibus componitur omne corpus et de quatuor humoribus ex quibus componitur corpus tam hominum quam brutorum. Quinto de corpore hominis et de singulis eius partibus de quibus sacra scriptura facit mentionem. Sexto de proprietatibus celestis corporis cum suis differentiis et effectibus. Septimo de proprietatibus motus et temporis et eius differentiis. Octavo de proprietatibus ignis et aeris et eorum passionibus. Nono de ornatu ipsius aeris scilicet de proprietatibus avium et volatilium tam maiorum quam minorum. Decimo de proprietatibus aque et ornatu eius scilicet de natantibus et piscibus. Undecimo de proprietatibus terre et passionibus eius scilicet de metallis lapidibus et coloribus saporibus et liquoribus prout in ista terra fundantur. Duodecimo de proprietatibus terrarum et regionum. Terciodecimo de ornatu terre scilicet de proprietatibus herbarum plantarum fructuum et specierum. Quartodecimo de naturis et proprietatibus animalium reptilium et serpentium de quibus sacra scriptura mentionem facit. Continentur in istis quatuordecim libellis rerum naturalium proprietates summatim et breviter contente prout ad manus meas sparsim que effugerunt manus meorum perstringere potuerunt. In quibus de meo pauca vel nulla apposui sed omnia que dicentur de libris autenticis sanctorum et philosophorum excerpens sub brevi compendio prout compilavi. Sic per singulos titulos potest legentium industria experiri.

De nominibus divinis que dicuntur de deo. Capitulum primum

De proprietatibus itaque et naturis rerum tam spiritualium quam corporalium aliqua dicere incipientes ab illo sumemus

exordium qui est alpha et o finis et
principium omnium bonorum in principio
patris luminum a quo procedit omne
datum optimum et donum perfectum
implorantes auxilium ut ille qui
illuminat omnem hominem venientem
in hunc mundum et revelat profunda
de tenebris et abscondita producit
in lucem huic opusculo quod ad ipsius
laudem et legentium utilitatem de di-
versis doctorum et philosophorum dictis non
sine labore recolligere curam incepi feli-
cem dignetur impendere consummationem
Sciendum igitur ut
dicit Innocentius unus solus
et verus deus eternus immensus
et incommutabilis omnipotens et ineffabilis
pater et filius et spiritus sanctus tres quidem
persone sed una essentia substantia seu natura
simplex omnino pater a nullo filius a patre
solo spiritus sanctus ab utroque absque initio
et absque fine pater generans filius
nascens spiritus sanctus a patre et filio
procedens hee tres persone sunt con-
substantiales coeterne coomnipotentes co-
equales unum universorum principium
creator omnium visibilium et invisibilium
spiritualium et corporalium creaturarum qui
sua omnipotenti virtute simul ab initio
temporis utramque de nichilo condidit
creaturam videlicet angelicam et mundanam
ac deinde humanam quasi communem ex corpore
et spiritu constitutam hec usque ex. de s. t. e. f.
Quod sit trinitas
Secundum eorum essentiam est indivisa
et secundum personales proprietates est distincta
in natura sue simplicitatis non admittit
divisionem ut in personali proprietate
recipiens unitate sed
semper in essentie unitate et in personis
pluralitatem retinent a qua omnis
confusio et mutua commixtio removetur
quia cum alius sit pater alius filius alius
spiritus sanctus pater non potest esse filius nec
spiritus sanctus nec econverso spiritus sanctus non potest esse
pater vel filius nec filius pater vel spiritus sanctus
Sed quelibet istarum est illa essentia vel natura
que sola est universorum principium preter
quod non est aliud inveniri et hec essentia
non est generans neque genita nec proce-
dens Sed est pater qui generat et filius
qui gignitur et spiritus sanctus qui procedit

ut simpliciter distinctio sit in personis et
essentia nature unitas teneatur Unde licet alius
sit pater alius filius alius spiritus sanctus
non tamen aliud sed id quod est pater est filius
et spiritus sanctus pater enim generando totam
substantiam suam ei dedit sine divisione
et tamen totam retinuit sine diminucione
et sic una et eadem res est persona gignens
filius nascens et spiritus sanctus ab utroque pro-
cedens hec usque Innocentius ex. de s. t. e. f.
Que autem dicta
a premissis eluceseant Sciendum est iux-
ta doctorem quod quicquid in deo est aut
de deo dicitur aut est essentia aut notio
aut persona Una est autem individualis
essentia persone tres et hee tres persone
sunt una essentia et unus deus pater
a nullo filius a patre nascendo spiritus sanctus
a patre et filio procedendo pater filium ge-
nerat et filius gignitur et pater cum
filio spiritum sanctum spirat Sed licet a patre
quicquid eadem persona habet non facit habet
a persona a qua est et licet quod filius
est a patre ab ipso omnia habet et quia spiritus
sanctus est a patre et a filio ideo habet quod
habet quod ab utroque Sed propter huiusmodi nasci-
bilitatem et processibilitatem pater non est
maior nascente vel spiritu sancto procedente
quia trinitas divine essentie equaliter est
in spiritu et in patre hec omnia habentur
ab eo [illegible] ius de trinitate et alibi
hoc et etiam hugo et richardo
Notiones autem sunt
quinque scilicet ingenitas et ingenitus scilicet paterni-
tas vel innascibilitas filiatio processio
et communis spiratio et due sunt que aliqui
notiones quia notificant personas
alie distinctiones quia personas distin-
guunt alie relationes quia per ipsas persone
ad invicem referuntur dicuntur
etiam proprietates quia personis proprie insunt
Quinque autem notionum tres dicuntur perso-
nales proprietates scilicet paternitas filiatio
processio eo scilicet quod personas faciunt
Relicta istarum Sed notionum tres sunt patris
scilicet innascibilitas paternitas et communis
spiratio et due sunt filii scilicet filiatio
et communis spiratio Una vero spiritus sancti tantum
scilicet processio nec aliquid derogat spiritui sancto
quod tamen unam habet notionem neque filio sed
excrescit quod habet duas nec pater maior
est aliis personis duabus quia tribus

notionibus personalibus ab aliis distinctae. Et singu-
laris cum de ipsis notionibus tenendum est quod
nulla de alia praedicatur et quod quilibet est divina
essentia et una deus et una essentia. Nam nulla
notio in se divinae essentiae sed tantum personae
quia essentia non distinguit nec distinguitur
sed solae personae ab invicem distinguuntur.

Namque aut

Divina essentia a mortalibus non
potest cognosci ad plenum nec comprehendi
hic immo cognoscitur tantum in suo effectu
in quantum est omnium principium sui causa. Quia
deum esse nix insipiens dubitat et tamen
quid sit prae maiestatis magnitudine
nullus creaturae intelligentia investigat
ut dicit damascenus et ideo positive non potest
cognosci nisi per effectus suorum operum comparatus
privative vel per abnegationem, ut infra patet
in sequentibus. Describatur et nominetur

De evidentia

Aut nomina vel deum aliqualiter ma-
nifestant. Secundum est in quadam sim-
plici et modi consideratione quod omne nomen
dictum de deo aut notificat essentiam
aut notionem aut personam. Illa nomina
quae notificant essentiam dicuntur essentialia
quae personam personalia et quae notionem
notionalia. Nomen autem essentiale po-
nat in quid et praedicat in quale. Persona-
le significat quod et praedicat in quo. Notio-
nale vero nomen significat quia et praedicatur
in quo. Unde ista tria praedicata in divinis
saepius praedicantur scilicet quid, quis, quo.
Qui pater vel filius vel spiritus sanctus. Quo per-
fectio filiatio paternitas ... . Quid
essentia et huiusmodi quae mere quidditatem rei
significant et divinam essentiam simpliciter et abstr-
active repraesentant. Haec autem nomina
sub distinguuntur.

Una nomina essentiale aut est sub-
stantivum aut adiectivum. Si sub-
stantivum aut est abstractum aut concretum
aut medium. Abstracta autem dicimus
ut dicit augustinus quae absolute divinam essentiam
significant ut essentia bonitas deitas et huiusmodi
quae semper supponunt et significant divinam
essentiam nec possunt trahi per aliquod con-
nexum ad supponendum pro persona. Unde
talia nomina supra cum compositionibus
verbis nominibus et participiis persona-
libus vel notionalibus reddunt propositiones
falsas in quibus ponuntur. Unde hic est

falsa essentia generat aut generatur. Sed autem
est de essentia vel essentia est apud essentiam
et huiusmodi. De istis autem nominibus quae prius
sunt essentialia generaliter est tenendum quod omne
nomen proprie essentiale praedicatur de qualibet
persona per se et de omnibus in simul singu-
lariter et non pluraliter. Ubi generaliter pater est dei-
tas, filius est deitas et spiritus sanctus est deitas
et simul sunt una deitas et non dei-
tates.

Omnia concreta sunt quae habent modum
concretorum significationum formas
in supposito significant, quod formam in
subiecto ut deus creator et similia quae quamvis
significant divinam essentiam sed quandoque sup-
ponunt pro essentia quandoque pro persona.

Omnia vero media dicuntur quae habent
modum et formam et significationem
abstractorum sed usum et officium concretorum
ut lumen sapientia et huiusmodi. Ista enim licet
abstractiva sunt, aliquando supponunt pro
personis ut cum dicitur lumen de lumine sapientia
de sapientia, principium de principio et similia
et haec nomina sicut abstracta praedicantur
de qualibet persona per se et de omnibus simul
non pluraliter sed singulariter.

Adiectiva nomina alia significant
proprie divinam essentiam vel connotando
ut ens bonum et huiusmodi. Alia aliquid con-
notant positive, alia aliquid privative.

Privative ut eternus immensus immor-
talis et huiusmodi. Eternus enim principaliter significat
divinam essentiam et privatio connotat carentiam
principii et finis. Unde cum dicitur deus eternus
sensus deus est et caret principio et fine.
Similiter immensus principaliter significat
divinam essentiam et connotat abnegationem
mensurae localis. Similiter dicitur incircumscriptus
per abnegationem loci et ubi et de simi-
libus similiter intelligendum est. Et haec nomina
praedicantur de omnibus personis simul et
divisim singulariter et non pluraliter
ut pater est eternus, filius eternus, spiritus sanctus
eternus, et hii tres sunt unus eternus.

Adiectiva nomina

quae aliquid connotant positive quaedam
connotant effectum in creatura et quaedam
respectum. Eorum autem quae connotant effectum
quaedam connotant in habitu ut iustificans
miserator et huiusmodi, quae autem connotant effectum
in actu praedicantur de deo ex tempore. Unde
deus incepit esse miserator quando incepit

inferentia sed ea que connotant in tempore pre-
dicantur de deo ab eterno ut deus ab
eterno fuit iustus misericors etc.

Omnia vero que connotant
respectum quedam connotant respectum
rationis ad creaturas ut dominus creator
et huiusmodi quedam connotant respectum persone
ad personam ut similis equalis. Similiter
cum principaliter significat divinam essentiam
secundario autem connotat distinctionem
personalem. Huiusmodi vero nomina licet
essentiam significent tamen quia connotant
predicantur de personis simul sumptis
pluraliter et non singulariter. Unde
non dicitur pater et filius sunt similis
simul sed dicitur sunt similes.

Distinctivorum etiam nominum
quedam sunt partitiva ut aliquis
alius et huiusmodi quedam vero sunt nume-
ralia ut unus duo tria et omnia
in neutro genere substantivata significant
divinam essentiam et predicantur de personis
omnibus singulariter et non pluraliter
ut pater et filius sunt unum sed in genere
masculino et feminino substantivata
sunt personalia. Unde hec est vera pater et
filius sunt duo si li duo sit mascu-
lini generis, sed si neutri tunc est falsa.
Huiusmodi autem nomina adiectiva retenta
sequuntur naturam suorum substantivorum. Unde
si substantiva sunt essentialia et ipsa ad-
iectiva similiter et si sunt personalia si-
militer et ipsa adiectiva. Unde hec est falsa
pater et filius sunt unus, sed hec est vera
sunt unus deus.

Nominum personalium quedam predicantur
de una persona tantum ut pater et filius
et spiritus sanctus quedam de duabus ita quod de
utraque ut principium spiritus sancti. Nam pater
est principium spiritus sancti et filius est principium
spiritus sancti. Unde cum dicitur pater et filius sunt
principium spiritus sancti li principium supponit
pro duabus personis sed significat unam
notionem scilicet communem spirationem. Quedam
vero predicantur de duabus personis ita quod
de neutra ut pater et filius sunt duo ita
ut li duo sit masculini generis et
non neutri. Quedam etiam predicantur de
tribus ita quod de nulla per se ut trinitas
unde ut dicit ysidorus libro vii. Trinitas est ap-
pellata eo quod fiat totum unum ex tribus
quasi trium unitas. Sic dicitur tria sunt

scilicet tres persone unum sunt quia singula in
se manent et omnia in omnibus. Sed ergo pater
et filius et spiritus sanctus trinitas sunt et uni-
tas, idem enim in natura unum quod in essen-
tia in persona. Unum sunt maiestate co-
munione. Tria sunt personarum proprietatem.
Quedam etiam nomina predicantur de singulis
personis ita quod non de omnibus vel pluribus
singulariter sed tantum pluraliter ut ypostasis
seu persona. Pater enim et filius et spiritus sanctus
sunt tres ypostases seu persone et non una.

Omnia quorum notionalia quedam
sunt abstractiva ut paternitas
nativitas processibilitas spirabilitas
et huiusmodi quedam vero concretiva et adiectiva ut
innascibilis generans nascens spirans
procedens. Omnia autem abstractiva pre-
dicantur de essentia. Unde hec est vera essentia
est paternitas et essentia est innascibilitas
et sic et ita de aliis. Concretiva vero
nunquam de essentia predicantur sed sunt nomina
sed principia et ideo omnes theologi concedunt
sunt false. Essentia generat vel generatur vel essentia
est generans vel generata et ita de aliis.
Item nominum notionalium quedam predicantur
de una persona tantum ut generans de patre
genitus vel nascens de filio procedens
de spiritu sancto. Quedam de utroque duarum ut spi-
rans de patre et filio quia pater et filius
spirant spiritum sanctum. Quedam etiam predicantur
de qualibet ut distinctus pater enim est dis-
tinctus ab aliis personis similiter filius
et spiritus sanctus.

Proprietates vero divinas divine
essentie convenientes definiat
Jo. da. li. i. c. viii. Deus est inquit sine
principio, principium, primum incitatum [illegible], inge-
nitum, ingenitabile, immortale, eternum,
infinitum, incircumscriptum, indeterminatum,
potens ad infinita, simplex incom-
positum, inflexibile, impassibile, in-
convertibile, inalterabile, fons boni-
tatis et iustitie lumen intellectuale
virtus inaccessibilis et incommensu-
rabilis et tamen omnia mensurat propria
voluntate, creaturarum omnium effectiva
omnium contentiva et conservativa, omnium
provisiva, omnia implens in suo regno
omnibus dominans et imperans et
nullum contrarium habens omnia incontaminate
continens omnibus [illegible]
et super omnia existens, super bona

super dea super plena principatus et potestas
ordinans determinans et disponens super
omnem ordinem et super omnem substantiam
vitam racionem et intelligenciam existens
ipse enim est lux ipse est bonitas ipse
vita ipse substancia ipse existens fons
essencie hiis que sunt hiis que vivunt
hiis que participant racionem racionis omnibus
omnium bonorum causa est Una substancia Una
natura Una voluntas Una operacio Una
principium Una potestas Una dominacio Una
dignitas in tribus perfectis ypostasibus perfecte
scilicet personis patris et filii et spiritus sancti
Una racione colitur et colitur et adoratur Una
ipsa trinitas est inconfuse unita et in
distanter unita Indistantes enim sunt
hee persone et admirabiliter inseparabiles
non confuse admirabiliter quia admi
rabiliter conveniunt non patitur confundimentum
Manet pater est in filio et spiritu sancto et spiritus
sanctus in patre et in filio et filius est in patre
et spiritu sancto nulla facta commixtione vel con
fusione unius in alium sed mutua con
fusione premio ipse persone sunt spectabiles
admirabiliter sunt distincte et secundum receptive
eciam indivisibiles sunt unite Unde
divinitas simplex et incomprehensibilis existens naturalia
dona sua distribuit creaturis Et multi
plicata per dona incomprehensibilis permanet
et ad sua simplicitate creaturas suas
convertit et congregat omnia incomprehensibiliter
pertransit ipsa autem nichil complecti
cognicione omnia cognoscit tam presencia
quam preterita et futura qui per omnia que videt
sed non videt omnia que per ipsa est enim per videre
videre non videt autem Dicit eciam ad hoc
idem da. l. p. c. xvi. deus immaterialiter
existens incircumscriptus est quia loco non con
tinetur ipse enim sui ipsius locus est omnia
implens super omnia existens omnia con
tinens unumquodque natura incomprehensibiliter
pertransiens omnibus suam operacionem
secundum susceptivam virtutem tribuens ipse
Sic totus incomprehensibilis totus est totaliter ens
ubique et nulla pars in parte particulariter
divisus sed totus in omnibus et totus
super omnia omnino Unde ipse solus incomprehen
sibilis est et inestimabilis et nullo penetrari
a semetipso cognitus Ita ipse solus sui
ipsius maximus contemplator est Non ad eius
totalem comprehensionem nulla potest pertingere
creatura cum sit infinitus in sua virtute

tum sua infinita sunt et terminat unde iste
hermes trismegistus describens deum prout
potuit ait sic deus est spera intellec
tualis cuius centrum est ubique circumferencia
vero nusquam Alia vero eciam verba consideranda
perfectam est ad modum spere que non habet princi
pium neque finem sed prout considerat ut causa
deducens res in esse et eas limites
et finiens sic dicitur centrum quia sic centrum
fundit lineas et ab ipso linee deducuntur
ita deus deducit creaturas et limitat ac
finit eas
Ho autem iud describit deum tamquam
causam perfectam dicens Deus est
voluntas omnipotens benivolencia lumen eternum
incommutabilis racio Revocans mentem ad se
participandum universitas ad sentiendum
afficiens ad ~~appetendum~~ appetendum dila
tans ad capiendum iustificans ad pro
merendum Accendens ad zelum fecundans
ad fructum promovens ad bonitatem
dirigens ad equitatem roborans ad vir
tutem fomentans ad benivolenciam mode
rans ad sapienciam illuminans ad cogni
cionem preveniens ad immortalitatem
implens ad felicitatem circumdans ad
securitatem amat ut caritas novit
ut veritas Sedet ut equitas dominatur ut
maiestas regit ut principium medetur
ut salus revelat ut lux assistit ut
pietas hec usque hic
Et quamvis indivisibilia sint opera
beatissime trinitatis tamen a sanctis
distinguntur quedam nomina per que notificatur
deus in operibus suis qui innominabilis est
et innotificabilis in se quo ad intima
maiestatis Sunt autem quedam nomina
appropriata et que sunt transsumpta et translata
omnia vero appropriata
Sunt x. de quibus ysidorus in vii. l. c. i. dicit
sic apud hebreos deus x. nominibus
nuncupatur Primum est el. id est fortis quia fortis
quia nulla infirmitate opprimitur sed fortis
est et sufficiens ad omnia perpetranda
Secundum nomen eloe quod grece dicitur theos
theos i. timor eo quod deus acceptus
ipsum colentibus sit timendus Tercium nomen
est sabaoth i. princeps exercituum eo quod de
exercitus celi eius domino sunt subiecti
Quartum nomen est elyom id est excelsus
i. excelsus deus quia excelsus dominus et
super celos gloria eius Quintum nomen est

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch
Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

eyel. i. qui est. deus eum qui est et uni-
tie est. i. qui tum nouit esse fuisse aut ti-
mo non esse uel futurum esse non nouit
Sextum nomen est adonay. i. dominus quia eius
dominacioni subicitur totus mundus. Septim
est ysa. i. spiritus almus dicitur enim spiritus est
Octauum est detragramaton. i. nomen
quatuor litterarum scribitur enim quatuor
litteris apud hebreos que ineffabile pro
nunciant uel significant nomen dei quod dicitur
ineffabile. i. non quia dici non potest sed quia
eius significacio ab humano corde non
potuit comprehendi. Nonum nomen est
saday. i. omnipotens quia omnipotens est nomen
eius et dicitur omnipotens a faciendo de
quod uult et a non faciendo quod non uult
quod si tamen aliud ei accideret omnipotens
nequaquam esset. Decimum nomen est eloym
et est nomen trinitatis pertinet ad patrem
et filium et spiritum sanctum et id plurale est apud
hebreos et singulare significat enim
diuinam essenciam cum suppositione trium perso-
narum unde dicitur trinitas quasi trium unitas
Sunt autem
quedam nomina transsumpta a creaturis
quibus utitur scriptura quando intendit ali-
quas exponere condiciones creatoris
ait dionisius li. j. c. xiij. Omnia inquit
ut tria in diuina scriptura symbolice sunt
dicta. i. figuratiue et transsumptiue scire
oportet quod homines carne grossa induti
excelsas et inmateriales diuinitatis opera-
ciones intelligere non possunt nisi quibus-
dam formis et ymaginibus et notis
quibus homines uti sepius sunt sueti
Unde omnia corporalia que de deo dicuntur
non proprie sed symbolice intelliguntur. Sim-
plex enim deus est et non figuratus. Ocu-
los tamen et palpebras et visum habere
dicitur quia uniuersorum habet consideratiuam
uirtutem. cum nichil potest latere nichil
potest subterfugere suam notionem. Simili-
ter aures et auditum habere describitur
quia apud ipsum precacionum fore et de-
precacionis susceptionem non timemus
propter hunc enim sensum nobis mitem ostendimus
quam deprecantibus aures familiariter
inclinamus. Os et labia et fauces
habere dicitur quia illa uelut loquendo per
inspiracionem nobis reuelat que homines
cogitacionis per huius organa exprimit
et ostendit. Gutture et gustum habere
dicitur quod in omnie iusticie operibus tamquam
in gustu delectatur. Nares et olfactum habet
quia tamquam odore suauissimo domino placet
quicquid deuocionis affectu sibi exhibet
Faciem scilicet habere commemorat quod per ipsius
opera eius cognita et presenciam diuinus per eos
manifestat. Ita personę presencia iusticie
declaratur. Manus et brachia deputant
eius subtilem et inuincibilem operacione
quia nos digitis et manibus et brachiis
subtiliora et fortiora operamur. Cor dex-
tram deo commemorat consilia dei et digni-
ora consimilat. Unde et iurare per dexteram
suam dicitur quia intransmutabile eius consilium
perhibet. Frequenter pauperibus subuenit et
indigentibus auxiliatur et id pedes habe-
dicitur. sepe enim ondet in effectu quod solent
operari homines pedibus uel incessu. Pectus
et cor habere dicitur per longissima recordacionem
uenire et uiscera per illa que in nobis
ondit misericordiam et compassionem. Irasci
dicitur et furere per odium malicie et ultio-
nem quam infert peccantibus ulcionem. Dormire
dicitur et obliuisci per iniurie dissimulacionem
et uindicte recordacionem. Unde quia tot mo-
dis per sua beneficia nostra supplere indi-
gencia more humano dicitur habere diuisa
membra unde huius duo effectus de mul-
tiplices sic describit. Deus inquit est omnium
causa et principium eorum que sunt sub-
stancia uiuencium uita. ratiocinancium ra-
cio excidencium ab eo reuocacio et correctio
corrumpencium ad statum naturam et renouacio
et eorum que mouentur statum excitabilem
impetum reformacio. sacrum firmamentum
minus stancium et eorum qui ad ipsum
reducuntur uia et recordinatissima manu-
duccio et sic per pauca quod est eorum qui
ab ipso sunt per principalior quam ipsi
qui eos genuerunt. Ita et ipsi ab ipso
reperiunt esse et quare eorum causa ipsum
sequitur et ab ipso pascitur pastor est
illuminator est splendor. perfector perfectio
deificator deificacio. distancium pax
simplicium simplicitas et unitorum
unio. Sed principale et finale principium
occultum sue cognicionis secundum quod fas est
et possibile uniuersa bona tradicio est
sic uba dyonisius tractat. damascenus c. xi et quibus
omnibus patet quod omnia corporalia de deo
dicta sunt ad figuratiuum intellectum nisi
hoc referenda.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

Sunt vim alia quedam nota que
ad significacionem illorum que de homine
assumpto xpo seu dei filio intelliguntur
a similitudinibus rerum artificiose sunt sump
sumpta sicut patet in ysido li. vij. c. ij. Dicitur
xpus unctus multis modis misterijs vocari co
fuerit. Dicitur enim ihesus quod xpc a consimiliate
est vocatus ipse enim primitus sunt consor
tibus gratiarum plenitudinem est   qui ihesus
hebrayce, sother grece, salvator vero
latine, dictus eo quod cunctis gentibus sal
vator est transmissus. Ipse quidem et ipse messias
hebrayce eo quod omnis spiritual sacerdotal
et regal dignitatis privilegio sit di
vinitus insignitus. Alia messias dicitur unctus
. Dicitur etiam emanuel id est nobiscum deus eo
quod deus post virgine natus in carne appa
rens nobis se coniunxit. Dicitur etiam ubi
cato filius quod ubi est inquirendum nascitur
a patre in eternitate sed nato dicitur in quinta
a matre nascitur in tempore mutabilitate
Dicitur dicitur unigenitus et primogenitus quia
patris et etiam matris. Unicus fuit filius
unicus autem illius et patri que non
erat alius. Multis etiam modis per fi
guratur in rebus creatis. Dicitur enim principium
quia per quem per ipsum omnia fierent. Dicitur et finis
quia in ipso et per ipsum omnia finiunt. Dicitur et
os dei quia per ipsum deus mundo loquitur.
Dicitur et manus quia per ipsum rerum universitas
continetur. Dicitur via quia per ipsum ad bea
num pervenitur. Veritas quia ipso vincitur
veritas quia non fallet nec fallet. Dicitur et
res quia omnis boni origo indeficiens
et efficit sitientes. Et multis aliis
figuris immutabilibus et infinitis nobis
datur intelligi misterijs sicut patet ibidem
ysido. mlatur in exemplis.

Sicut pater et filius ipsi nativis essen
ciis certius nativis vocitatis nuncupantur
sic spiritus sanctus patri et filio in simplicitate
nature consubstancialis et coeternus diversis
vocatur nominibus et diversis rebus multi
pharie comparatur ipse quod dicitur in vij. sapie
quod est spiritus in omnis sed cunctis sanctificandi
Est etiam multiplex in karismatum donorum
distribuende, unitas in patris et filii
uniformi connexione necnon et in sanctorum
caritativa unione. Subtilis in cogita
tionum et affectionum perscrutatione
modestus in districta et modesta mo
derata actuum hominum ordinacione

discretus in facundie seu eloquencie ad
ministracione. Communitus seu macule con
tagione. Suavis in preceptis. Suavior
in consiliis. Suavissimus in promissis. Amans
bonum actum maxime qui suavis est
in contemplativis. Humanus humana diligens
pietate. Benignus in natura sua in se
bonitate. Stabilis lassis et infirmis
consensus firmitate. Nullam prorsus habens
in se vicissitudinis mutabilitatem. Securos
illos quos protegit auferens formidolosi te
omnem habens virtutem omnibus conferens virtu
perfectionum omnia prospiciens. Omnem habens cog
nitionem capiens omnes spiritus intelligi
biles. Omnis spiritus rationalis motum in
vestigans et affectionum. Mundus in se
ab aliis auferens infectionum. Multis
etiam aliis nominibus nuncupatur. Dicitur etiam
digitus propter eius districtam et subtilem
operacionem. Columba propter simplicitatis
amorem. Nubes propter estuancium refri
geracionem. Ventus propter occulta graciarum
inspiracionem. Ignis propter que evapora
cionem. Ros seu pluvia propter anime
fecundacionem. Mel propter dulcifluam homi
nis interioris immutacionem. Oleum propter interiore
anime impinguacionem et exhylaracionem
multis aliis comparatur donis spiritus sanctus
sufficiant per exemplis. Nunc ad
angelorum proprietates adiuvante deo
manum apponamus.

De proprietatibus angelicis
cum adiutorio divino aliquid
in medium prolaturi primo
in capiendo est ab eis in generali deinde
in speciali. Ubi singulorum ordinum dispo
sitiones et officiorum diverse ministraciones
prout competunt opusculo per ordi
nem declarabuntur.

Angelus itaque grece hebrayce
malach latine vero nuncius inter
pretatur eo quod per angelorum ministerium
divina voluntas populo nunciatur. Unde an
nomen est officii non nature. Spiritus enim est
angelus sed quando a deo mittitur tunc primo
proprie angelus nuncupatur. Cui scilicet angelo
licencia pictorum alas tribuit in quantum
subito motum celerem angelorum operacionem
figuratione predicta pictura litera simi
plicibus ostenderet sicut et poetis
ventis alas ascribere antiquitas in
prohibuit. ysi. l. vij. c. vij.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch
Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST